



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De S. Paulo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæc. XVI.  
A.C. 1527.

*Erasm. in  
elencho an-  
not. 152.*

## De Angelis.

*An Angelus sit simpliciter homine dignior  
nescio, inquit Erasmus.*

*Pf. 8. v. 16.*

De hac propositione Doctores ita sentiunt: *Miseranda ignorantia ita dubitantis, cum etiam id aperta Scriptura explicet, de quo dubitat. Diminutum siquidem ab Angelis Filium Hominis, contestatur regius Propheta, cum inquit: Minuisti eum paulominus ab Angelis.*

## De S. Petro.

*Erasm. in  
Matth. c. 16.*

De hoc Sancto Erasmus hæc profert: *Petrus dicens Christo: Tu es Christus filius Dei vivi, certa & indubitata sententia professus est illum esse Messiam a Prophetis promissum singulari quodam amore Filium Dei. Hæc explicatio a Doctoribus hac censura notatur:*

*Hæc propositio perperam explicat Evangelicam sententiam, præbens occasionem male sentiendi de divinitate Filii Dei cum Nestorio; non enim singulari quodam amore Dei in ipsum, Christus est Filius Dei, neque adoptione, & gratia, sed origine & natura.*

## De S. Paulo.

*Erasm. ad  
Phil. c. 4. v. 3.*

Circa hunc articulum Facultas rursus agit de textu, in quo D. Paulus scribens



bens ad Philippenses quemdam, cuius nomen ignoratur, his verbis precatur: Sæcul. XVI.  
A. C. 1527.

*Te rogo Germane compar adjuva illas, quæ tecum laboraverunt in Evangelio.* Cum vero Erasmus in sua Paraphrasi loco verborum latinorum: *Germane compar,* juxta Græcum textum legeret, *vera Germana Conjunx,* hanc explicationem Facultas sequenti Censura perstringit.

*Temerarie a communi lectione latina Paraphrastes in Paraphrasi latina recedit, quam passim sequuntur Catholici Doctores Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & complures alii; neque audiendos censet Hieronymus eos, qui Paulum habuisse uxorem confingunt; quod omnes velit esse sicut seipsum: De innuptis item & viduis loquens, bonum dicat illis esse, si sic permanserint, sicut ipse. Id autem nequaquam diceret, si uxorem ipse haberet.* 1. Cor. c. 7. v. 8

### De S. Dionysio Areopagita.

De hoc Sancto Erasmus hæc edixit. *Dionysius, qui in secunda Hierarchia, id est Ecclesiastica, priscos Ecclesiæ ritus satis copiose describit, eruditus recentior quispiam fuisse videtur, quam fuit Areopagites ille.*

Facultas vero pronuntiat: *Non vero eruditus, sed temerariis & novitatum studiosus videtur non esse Dionysius Areopagites,*